Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



89

monem. ita ut iam non posset manifeste in ciuita
tem introire. sed foris in deserto locis erat; et
conueniebant ad eum undique. Et iterum
intrauit capharnaum post dies. et auditum
est quod in domo erat; et conuenerunt mul
ti. ita ut non caperet neque ad ianuam. et
loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ad
eum ferentes paralyticum. qui a quatuor
portabatur. Et cum non possent eum of
ferre illi pre turba. nudauerunt tectum
ubi erat; et patefacientes. summiserunt gra
batum in quo paralyticus iacebat. Cum
uidisset autem ihc fidem illorum. ait paraly
tico. fili. dimittuntur tibi peccata. Erant
autem illic quidam de scribis sedentes. et co
gitantes in cordibus suis. Quid hic sic lo
quitur. blasphemat. Quis potest dimittere
peccata nisi solus ds. Quo statim cognito
ihc spu suo quia sic cogitarent intra se. di